



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Homo Christianus In Sua Lege Institutus. Sive Discursus Morales**

Qvibus Totvm Hominis Christiani Officivm Explicatvr; Quídque is fugere,  
quid agere debeat, quām exactiſimē traditur

**Segneri, Paolo**

**Augustæ Vindelicorum ; Dilingæ, 1695**

Index Discursuum Partis secundæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45988](#)

# INDEX

## Discursuum Partis secundæ.

### DISCURSUS I.

De injuria, quæ Deo per Peccatum mortale infertur.

**U**t accuratæ intromorū etiam viscerum peccati mortalis anatomicus sit, ostenditur in primis illud verē esse injuriam Dei per se, & non tantum comparatione facta; est autem injuria semper facta in oculis ipsius offendit; injuria facta ob bonum momenti nullus: Hæc autem est qualitas, modus, ac finis, quibus Monstrum tumabominandum constituitur.

### DISCURSUS II.

Ex summa divini in nos Domini Excellentia infertur, quamgrave sit Peccatum lethale.

Cum perfectissimum sit Dei in nobis quilibet Dominum, ut Creator, ut Redemptor, & ut DEUS est, non potest non esse malum inexplicabile illud Peccatum, quod actu unico omnes hos in eo titulos contemnit, Densus tamen iste ultra duos primos titulos non progreditur.

### DISCURSUS III.

Tertius Dominij divini titulus jam indicatus explicatur, qui fundatur in excellentia divinæ Naturæ, & ex eo Peccati lethalis enormitas colligitur.

Cum nos in Terris divinæ Naturæ excellentiam aliunde, quam ex magnis

ejus effectis cognoscere non possimus, potestatem ejus ac vim miratur Orator, primò considerando opera, quæ produxit, deinde illa, quæ producere potuisse: ut inde deducat, quam immanis sit audacia, rebellem esse adversus Omnipotentem.

### DISCURSUS IV.

Demonstratur singularis injuria, quam Peccatum infert Mysterio Sanctissimæ Trinitatis.

Cum hoc arcanissimum Mysterium consistat in Unitate Essentiae, & Trinitate Personarum, ostenditur, quæ ratione peccati superbè lœdat hanc Unitatem, dum vult tollere Deo, ne sit Unicus: Trinitatem vero, dum omne Peccatum offendit Patris Potentiam, Filii Sapientiam, Spiritus S. Bonitatem, que SS. his Personis attribuuntur.

### DISCURSUS V.

De injuria, quam Peccatum infert beneficio Incarnationis.

E si Dei Filius, dum humanam naturam induit, id præcipue spectaret, ut nobis fieret Via Exemplo, Veritas doctrinæ, Vita Redempzione à culpa; homo tamen, qui peccat, nihil minus caver, quam ne omnibus his tribus Incarnationis finibus se opponat.

DL

GENERI

Grisianus

## INDEX.

### *DISCURSUS VI.*

De Odio, quo DEUS in Peccatum fettur.

Ut sciamus, quo odio omnes nos in Peccatum ferri debeamus, pro norma proponitur Odium DEI, quo hic illud prosequitur; eamque in rem perpendunt tam singulæ Odij hujus qualitates, quam motiva, quibus nittitur.

### *DISCURSUS VII.*

Ira Dei, & Dei Misericordia simul manifestant, quam magnum malum sit Peccatum.

Cum & Ira & Misericordia DEI consentiant, ut nobis manifestent, quantopere ille Peccatum abominetur, inde colligitur, quale Monstrum sit, contra quod pugnant Opera DEI tam diversa, quam sunt Pœnæ & Beneficia.

### *DISCURSUS VIII.*

Quam grande malum sit Peccatum ex eo, quod nos privet Gratiam DEI.

Transiendo à malis, quæ ipsum peccatum in se continent, ad mala, quæ nobis infert, ostenditur primum, quam magnus thesaurus sit, quo nos spoliatur, dum spolias divinâ Gratia: cuius premium intrinsecum perinde, ac extrinsecum hac occasione ignorantibus declaratur,

### *DISCURSUS IX.*

Peccatum excocat mentem Peccatoris.

Ostenditur, cœcitatatem mentis in Peccatore & culpe & pœnæ rationem habere. Culpa quidem, quia ipse

suâ voluntate illam efficit consitutions defectu, & Passionalis imperio Pœnæ, quia Deus non iusto minet, quam severo valde judicio illi subdit cognitiones & lumen, quibus cum experitur rebellem, siue eadem sua in nocte destituit.

### *DISCURSUS X.*

De Duritia, quæ Peccatum cor indurat.

Tenebras intellectus cœquidetur cœssario nexus frigus, quod inducuntur luctarem. Ideo ut nemo non timerit, valde accuratè & minutum examinatur initia, progressus, & finis huius duritiae, & illa opportune suggestur remedia, quibus haec evitatur.

### *DISCURSUS XI.*

Peccatum occidit Animam.

Cum Impij nullam Mortem nisi metuant, quam illam, que est omnia maxima, ostenditur Mortem, qua Culpa dicimus, multò atrocior esse utramque Mortem Pœnæ: non, quam, sola morte brevi hujus vite, sed etiam eternâ alterius; si hæc morte Culpa alicui obvenire posset.

### *DISCURSUS XII.*

Peccatum hominē etiam temporanea infelicitate miserum facit.

Ad comprobandum, quod Peccatum homini accerfat etiam misericordiam temporaneam, demonstratur Peccatum illum esse fore, qui nos sage etiam bonis externis spoliatur: & refellitur falsa eorum opinio, qui putant, ad hoc ut quis sit Felix, conducere, ut sic Impius.

D.

## INDEX

*DISCURSUS XIII.*

*DISCURSUS XVI.*

Jactura omnium bonorum Opere  
rum demonstrat, quæ grave  
malum sit Peccatum.

Cum peccatum duplici modo bo-  
nis operibus noceat, in primis illis,  
qui in Gratia exercita sunt ante ad-  
missum Peccatum; deinde ijs, que  
funtia statu Peccati, proponuntur  
omnium oculis formidandæ istæ stra-  
ges, ut nemo non persequatur Feram  
pelliam, que toto passim Mundo ta-  
lis singes edit.

*DISCURSUS XIV.*

Peccatum facit, ut quæ Pecca-  
toribus vel secunda, vel adversa ac-  
cidunt, evanescat materia dam-  
nationis.

Peccatum esse ordinis tortus Uni-  
versi perturbatore: cum enim bo-  
norum in eo consistat, ut & prospe-  
riæ que Deus mittit, & adversis recte  
victor, Peccatum adversa non minis-  
tret, quæ prospera à suis finibus abducit.

*DISCURSUS XV.*

Pena Angelorum Peccati le-  
thalis gravitatem demonstrat,

Uter ruina innumerabilium An-  
gelorum, Coelo ejectorum, tanto ve-  
hementer terrefat homo vilis; pri-  
mo toto illorum lapsus causa exami-  
natur; assertuntur, quæ pro ipsis faci-  
unt; & cum nihil horum potuerit  
impetrare ne quidem mitiorem pa-  
num, tantum absit ut veniam deduci-  
tur, quid tandem mali debeat esse  
Peccatum.

*DISCURSUS XVI.*

Adami pena Peccati lethalis  
gravitatem manifestat.

Cum nulla Justitia sit magis for-  
midanda, quam quæ nullo discri-  
mine etiam potentissimum quæcumque  
ad penas vocat, ob oculos ponitur,  
qualisnam illa fuerit, quæ Deus ne  
tanto quidem Regi, quantus erat Ada-  
mus pepercit; cuius dum primò Re-  
gnū, postea præcepti violatio, ac  
denique pena perpenditur, inde in-  
fertur, qualis ergo Justitia, seu vindic-  
ta nostris respondeat peccatis, si talis  
respondit Peccato ipsius.

*DISCURSUS XVII.*

Judicium externum & Univer-  
salē gravitatem Peccati mortalis  
demonstrat.

Si omnis publica vindicta, quam  
de Peccatoribus Deus sumpsit, est cer-  
tum argumentum divini contra pec-  
catum odij, negari non potest, quin  
tunc omnium maximam visuri simus,  
quando post præbias quasi velicatio-  
nes tandem lequeretur ultimum & de-  
cretorium prælium, cuius interim de-  
scribitur primò quidem initium & ag-  
gressio, dum descendit ad Judicium  
Deus; dein pugna in discussione con-  
scientiarum manifestatur; & tan-  
dem victoria ac clades in ipsa Judicis  
supremi sententiâ.

*DISCURSUS XVIII.*

Inferni suplicia Peccati lethalis  
gravitatem manifestant.

Quoniam omnes Inferorum penæ  
ad duas reducuntur, ad penam nimil-  
lum damni, & ad penam sensus, o-  
sten-

*IGNERI*

*Christianus*

## INDEX

stenditur, ex quod capitibus utraque  
quasi contendat magis formidandam  
reddere illam Damnationis Abyssum.  
Nihilominus necessariò hinc confi-  
citur magis timendum esse Peccatum,  
ad quod vindicandum utraque haec  
Pœna ordinatur.

### *DISCURSUS XIX.*

Differit de magnitudine Be-  
atitudinis Coelstis, & inde Rec-  
cati gravitas colligitur.

Ad contemplandam velut è lon-  
ginquo Beatitudinem triplici aspectu  
consideratur imprimis, qui Beatos  
facit, dein Beati ipsi, ac tertio ipso Be-  
atitudo: & inde arguitur, quam im-  
mense sit furtum Peccati, quod Ani-  
mas Cœlo, & Cœlum Animabus fu-  
ratur.

### *DISCURSUS XX.*

Etiam Purgatorij Pœnæ ostendit,  
quantum malum sit Pec-  
catum.

Pœnas Purgatorij fortassis magis  
manifestare malitiam Peccati, quam  
illam manifestent ipsæ pœnæ Inferni:  
illarum autem atrocitas deducitur ex  
duplicis generis flammis, quæ Animas  
ibi ardentes purgant: exflammis ni-  
mirum ignis, & ex flammis amoris  
ipsarum animarum,

*DISCURSUS XXI.*  
Passio Christi manifestat geni-  
tatem malitia Peccati.

Quia Passio Christi sicut qualis  
luvianum pœnarum, quo Divina Iusti-  
tia atrocius voluit panire Peccato-  
rum, notatur propositio ne  
fontes utriusque Diluvii, ut inde colli-  
gatur, quantum malum sit illud re-  
catum, quod utrumque aperuit, ou-  
que donec primo Diluvio mega-  
tur totum genus humanum, almo-  
rò ipse Deus.

### *DISCURSUS XXII.*

Ex malitia Peccati venialis  
fertur summa malitia Peccati  
mortalis,

Ut emendetur error, qui ex nati-  
bus nascitur, demonstratur. Po-  
tum veniale non esse veniale, pœna  
non esse parvum, & leve non esse lo-  
ve eo in sensu, in quo id accipitur  
ignorantes; nimirum in absolu-  
to tantum in comparativo, prout con-  
paratur cum Peccato mortali: cu-  
tandem malitia quanta sit, deduc-  
tur, si vel venialis Peccati malitia  
est, in se, in suis effectibus, &  
suis pœnis.

